

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Daniel Overbeck

**Memoria Vitae Viri Admodvm Reverendi Et Praeclarissimi Adde Bernhardi  
Bvrghardi ... Dolenter Licet Stvdiose Tamen Litteris Consignata**

Lvbecae: Imprimebat Georgivs Christianvs Green, [1787?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1734001437>

Druck    Freier  Zugang



4°

Böhni,

Burghardi.

1787.



J Z II  
513-4°

MEMORIA VITAE  
VIRI  
ADMODUM REVERENDI ET  
PRAECLARISSIMI  
**ADDE BERNHARDI**  
**BVRGHARDI**  
PASTORIS  
DE SVO SACRO GREGE AD AEDEM PETRINAM  
AC PRAETEREA  
SENIORIS  
DE TOTO SANCTIORI ORDINE  
LONGE MERITISSIMI  
DOLENTER LICET STUDIOSE TAMEN  
LITTERIS CONSIGNATA  
IOHANNE DANIELE OVERBECK  
GYMNASII LVBECAENSIS RECTORE  
SOCIETATVM TEVTONICARVM GÖTTINGENS. IENENS. ET ALTDORFINAE  
LATINAE MARCHICOBADENSIS COLLEGA HONORARIO.

LVBECAE

IMPRIMEBAT GEORGIVS CHRISTIANVS GREEN  
MAGNIFICI SENATVS TYROGRAPHVS.

**E**heu Theologo viuimus celeriter orbati eo, qui multa didicisset, multa cognosset, multa esset expertus, producta nempe longius, quam plerisque contingere solet, aetate, qui solitus esset, (quoniam eorum, quae gerentur in vita iudicarique possent ad se pertinere, nil facile sibi pateretur elabi, quin animaduerteret), omnia probare, sicut monet Apolotus, bona retinere; qui hoc praecipue haberet in se boni, quod recedere sensim videtur a nostrorum temporum atque morum consuetudine, vt rite periteque Christianam sapientiam atque virtutem fecerneret semper a non Christiana, inque publicis pariter sermonibus atque priuatibus, quam hoc idem esset cuique necessarium factu, offendendum omnibus, commendandum, repetendum, denique inculcandum, arbitraretur. Ad hoc scilicet natus propemodum videbatur esse factusque, ad hoc ab ipsa inde pueritia institutus, ad hoc ingenio, ad hoc rerum perspicientia, ad hoc eruditionis etiam copia praefidiisque satis instructus. Qui quomodo euaserit talis, quum referat scire, dignusque ipse sit, cuius vita resque gestae haudquaquam insuper habeantur, tanto studiosius hoc, quod mihi datum negotium est, curandi pro viribus, vt **HIVS VIRI** memoria in posterum quoque seruetur, moerenti licet calamo, exsequor.

Vivunt auxit societatem **ADDE BERNHARDVS BVRGHARDI** Lubecae anno Saeculi decimo, ante diem septimum et vicesimum Augufti.

Pater **IOHANNES DANIEL BVRGHARDI**, Symmysta Marianus, apud nos tertium et vicesimum in annum sacra fidelissime fecit, Mater autem, **SARA ROSINA**, gente **SCHROEDERA**, puero erupta mature, anno Saec. XVIII. a. d. XII. Dec. alteri locum dedit Matri, **ANNAE CHRISTINAE LANGIAE**, Matronae praestantissimarum laude virtutum nulli secundae, quam viduam a **JOHANNE BIELIO**, ciue Mercatorique spectatissimo, reliquit, secundo fibi Pater matrimonio iunxit anno XXIV. mense Septembri.

Generis Paterni Auus, **DANIEL BVRGHARDI**, Ciuis atque Mercator apud nos in eorum floruit Collegio, qui a cursibus Bergam in Noruagia faciendis tenent nomen, Auia **ANNA** fuit, gentili nomine **GEBHARDA**, sive **GEWERDES**.

E genere Materno Auus, **ADDE SCHROEDERVS**, et mercatura sua et omni virtutum laude Ciucum ordinem ornauit, Auia, **DOROTHEA MARQVARDA**, genti suae decus non debuit modo, verum etiam dedit.

Ad Proauos hinc Proauiasque stirpis Paternae quod attinet, primus **ANDREAS BVRGHARDI**, Mumendorpiensium sacri gregis Pastor, in Sucrinensi Megopolitanorum Ducatu inter eos floruit sacerdotes, quorum qui Praepositus ordini est, Grewismolae in vicinia viuit; prima fuit **ANNA** gente **SVCCOVIA**; secundus in Noruagia Bergae vendidit merces, **HANS**, id est, **IOHANNES GEWERDES**, qui non alio nomine, verum alia nominis forma, **GEBHARDVS** quoque vocatus fuit; secunda **ELSABE POHLMANNA** honestissimum Hambergensis reipublicae ciuem habuit patrem.

Materni generis Proauorum atque Proauiarum primus, **ADDE SCHROEDERVS**, feliciter et patriam suam Hadeliam commutauit cum Lubeca et exinde rem hic loci vendendis mercibus fecit; prima **SARA AB ELSEWICH**, fuit gente inter nos genita satis clara; secundus **IOHANNES MARQWARD**, I. V. D. Consul reipublicae Lubencensis, eques Ordinis, qui a Sancto Marco traxit appellationem, suis de patria deque re litteraria meritis immortalem consecutus est gloriam; secunda, digna vxor tali marito, **ANNA ROSINA TANKIA**, genti suae non minus ornamenti, quam in acceptis referebat, reddidit.

Atauorum denique tantummodo notabiliores, nempe Paternorum duo priores, Maternorum vero posteriores duo, cum vxoribus, recensendi videntur. Ergo nominetur initio **CASPAR BVRGHARDI**, sacri gregis Magdalenae quondam in Thuringia Pastor, cuius vxor **MARIA** fuit **OTTMANNSDORFIA**; deinde, qui apud Megapolitanos Grabouiensium inter Decuriones fuit olim **IACOBVS SVCCOVIVS**, N. C. P. CATHARINAEQUE REIMERAE matrimonio iunctus, tum **GOTTHARDVS MARQWARDVS**, patre **IACOBO** in Liuonia natus, Mercator Lubencensis, magni filii parens, ex **ELISABETA LUDINGHVSIA** suscepit, **IACOBI LUDINGHVSSEN** Lubencium Consul filia; denique **OTTO TANKIVS**, apud Lubecenses reu. Canonic. Ord. Praepositus et reipublicae Syndicus, vxorem qui habuit **IOHANNAM IVLIANAM**, filiam **PETRI PAVLI STEVERNAGEL**, I. V. L. qui Spirae in supremo Imperii Iudicio Camerali, quod ibi tum exercebatur, procuratoris erat indutus dignitate.

Horum ipse Maiorum gloria dignus fuit sane non minus, quam se reddere dignum a prima inde pueritia laborauit, cuius rei parentes domi longe firmissima, id est pietas, fundamenta iecerunt. A Patre et imbutus litteris et, vt magis imbueretur, anno Saeculi XVII. in publicam datus est scholam, a Correctore vero **GOELDELIO**, quia tum Rectoris in munere **SVANTENIO SEELENIVS** nondum successerat, classi septimae infertus. Sed tamen postea quoque iuuenum paedagogorum quorundam ope intra domesticos parietes vsus est. In schola vero, prout per singulas transiit classes, publice audiuit atque priuatim viros, quorum fidem, industriam, dexteritatem, eruditionem gratius, quoad vixit, et studiose praedicavit, **MATTHIAM SCHMID**, **PAVL. HEY**, **GERH. MINVM**, **IOH. SCHEVIVM**, **HENR. SIVERS**, Cantorem, **ZACHAR. STAMPOLIVM** et **CAR. HENR. LANGIVM A. M.** Subrectores, **MART. CHRIST. GOELDELIVM**, A. M. Correctorem, **IOH. HENR. A SEELEN**, Theol. Lic. Rectorem. Priuatissimae quoque se disciplinae duorum ex his tradidit, quorum ab altero, **SIVERSIO**, linguarum duarum Graecae et Hebraicae, ab altero, **SEELENIO**, praeterea historiae litterariae, quandam interiorem notitiam accepit. Omnino, quamcunque poterat habcre discendi seque exercitandi occasionem, conuertebat in suos usus, ideoque non attigit modo inter caetera, quae poterat apprehendere, Poësin, sed, vt etiam publice versaretur aliquando in opere declamatorio, anno XXVIII. quum verno tempore schola lustraretur, sub **STAMPOLIO** latinum recitauit et heroicum carmen: *de proditi a Iuda Salvatoris captiuitate*. Proximoque tandem anno **SEELENIO** duxit prodiit orator, vt Gymnasio publice valediceret, quo tempore *de claris Burghardis eorundemque in rem sacram et litterariam meritis* dixit. At ficuti Matris obitum, haud diu postquam scholam intrasset, coactus erat dolere, ita paullo antequam exeundum e Schola videretur, eheu Patre indulgentissimo et de se ultra, quam quis cogitet, meritissimo priuatus est. Nec poterat tam facile, quam prius illud vulnus, quod coaluerat breui sub incomparabili nullique genitrici cedente Priuigna, posterius hoc quoque sanari, quin etiam in academiam itineri momam poneret.

Sed vieta tandem sunt obstacula, et intrante anni XXIX. auctummo Ienam ipse delatus feliciter, ibique ab **IOH. ADOLPHO WEDELIO** domum receptus est. Disciplinis vero academicis quid impenderit studii, ardoris, industriae, cogitare tantummodo is potest, cui non erat ipse prorsus ignotus. Nos quidem nihil ultra poterimus, quam, quibus rebus occupauerit se maxime, quorum item sub moderamine doctorum, indicare. Logicam nempe Metaphysicamque doctrinam, Iusque Naturae tractatus operam dedit **HENRICO KOELERO**, Mathematica Physicorumque dogmata, **GEORGIO EHRH. HAMBERGERO**, Historica **CHR. GOTTLI. BVDERO**, et **MART. SCHMEITZELIO**, Graeca **CHR. STOCKIO**, Hebraica priuatis doctoribus, **HOFFMANNO** atque **RECKENBERGIO**, Theologica, quatenus et docenda et ab aduersariis vindicanda sunt, **ESA. WEISSENBORNIO**,

quatenus hominum corrigunt mores, IAC. CARPOVIO, et IOH. REVSCHO; interpretandi Sacri Codicis et regulas et exercitia, IOH. GEO. ZVR LENDEN, historiam rerum sanctorum GOTTLIEB STOLLIO, cuius etiam, quoad nondum WEDELI hospitis mensae admoueri poterat, conuictor fuit.

Sex vero mensium vltra triennium spatio, Ienae his rebus impenso, pede felici se Lipsiam contulit a. XXXIII. vere primo, ibidemque his, quae adhuc quasi aedificia instruxerat, industria simili, multa addidit ornamenta, multaque noua opera superstruxit. Namque adhibuit ad magis proficiendum in Historia Vniuersali GE. CHR. GEBÄVERVM, in Theologia, quae positua dicitur, secundum BAIERI compendium, sua poscentem specimina et acuentem se disputando, SAL. DEVLINGIVM, in concionandi vel arte, vel facultate, quum praecepta dantem, tum offerentem cuique se exercendi commoditatem, CAR. GOTTLÖB HOFMANNVM, in accuriori denique intelligentia Symbolicorum coetus Lutherani librorum HENR. KLAWSINGIVM,

Anni autem insequentis XXXIV. eadem fere tempestate, qua in superiori aduenerat, Lipsiensium quoque vale dixit academiae, vt reuerteret domum, circaque Pentecostale sacrum rediit Lubecam. Hicque iam, quo poterat, primo tempore CARPOVIO Sacrorum Praesuli, specimina edendo, quae tanto Viro placerent, sua studia probare contendit et egregie probauit, et statim in Ordinem receptus est sanctioris ministerii Candidatorum, eaque re simul facultatem, qua praeditus in concionem, quoties posceretur, publicam adscenderet, adeptus. Et concionatus hinc est sane frequenter et ad excitandam pietatem apte, ita denique, vt, quoniam in hac pariter atque omni alia re, cunctorum exciperetur applausu, quin haud diu exspectatus hinc esset sacrum aliquod munus, nemo dubitaret.

Istaque rerum praefigitione dignus quoque fuit euentus. Nam ad aedem Petrinam a. XXXVII. a. d. XX. Iunii posteaquam anno vix inchoato viuis eruptus ouium sacrarum Pastor IOH. RITTERVS esset, Symmysta communis suffragio electus est. Nec vero tunc modo ipsi, vt eligentium ornaretur omnium suffragiis, contigit, sed etiam postea, quotiescunque publice, vt aliquod efficeret munus, euocabatur, eadem prosperitate fortium est usus. Ita natus videlicet Archidiaconi dignitatem est a. XL., vacuefactam praematura IOACH. IOH. SCHNOBELTI morte, ita orsus tueri a. LXVI. a. d. XIII. Mai., post obitum CHRISTOPH. ANTON. ERASMI, Pastorale munus, ita Sacri Senior Ordinis a. LXVII. a. d. XXVI. Febr., post GEO. HERM. RICHERTZII excessum, constitutus, ita denique omnia, quae publice data peculiari occasione perfecit, efficere iussus. Nec mirum; quia semper eius industria, dexteritas, fides, facultas, peragendi praeclara quaeque, perspecta est.

Ac plura multo essent, quam caperet charta, mihi scribenda, si vel ea, quae tantummodo ad explendum Senioris munus effecit, omnia persequi vellem, recensereque, quibus interfuerit exempli gratia Pastorum aliorumque Sacerdotum, aliquorum etiam tum ab ipso sacris muneribus initiatorum, electionibus, item sacrarum in Coenobio Iohanneo Virginum, vt Maximarum duarum, trium ordine Secundarum, caeterarum numero plurium, ad suam quarumque dignitatem electionibus, quae itinera fecerit, quae gesserit alia negotia, vel alias generis, vel eiusdem. Potiora quaedam si decerpsero, erit satis.

Bis enim functus est sacrorum Praesulis vice, quando bis eramus magno viro, primum CARPOVIO, CRAMERO deinde, priuati. Horum ab uno, pie defuncto, abrupta tunc negotia sex mensibus vltra quadriennium gessit, ab altero, qui iussu erat magni Regis auocatus, per quinquennium, et quod excurrit; cumularique vidit admodum fibi, quum itinera facienda, tum alios, partim etiam prius actos, partim agendos, vel hoc primum tempore, vel alio modo, vel magis arduos, et exantlandos difficilius, labores. Namque Pastores diuiniorum gregum quinque, quatuor Ecclesiastas, ante a se initiatos, in sacra munia immisit, horumque quatuor alios, octo igitur omnino, pro more sollemniter ac praesentibus, quibus erat integrum, collegis explorauit de fidei atque doctrinae sinceritate, sanctioris vero ministerii Candidatos fere viginti, vt similiter exploraret, in vnius modo conspectum adduxit, vt fieri solet, alteriusque collegae. Semel quoque speciminibus aestimandis, quae publice schola, quum ex amplissimi SENATVS auctoritate lustraretur, edebat, vice Praesulis interfuit. Semel denique, vt publicarum celebraretur supplicationum dies, et precum cantionumque et caeterarum rerum formulas, praescribi solitas ordinario more a Praesule, praescripsit. De Actis taceo reu. ministerii seruandis continuandisque. Haec igitur atque talia, quae et qualia non facile peraguntur, vti decet, a quois, eo modo suscepit, gessit, absoluuit, minime neglecta interim veteri rerum functione, vt inde qui honor in illum, quaeque laus, puto, redundauit, obliuioni dari vñquam vix, ac ne vix quidem, possit. Tam praeclarum igitur habuimus, tamque praezellentem eruditio, virtute meritisque, Seniorem! Immeritone indicabamus, omnium illud commune gaudium esse debere, quod ille transactis in ordine sacro lustris decem integris laetissimo more, iucundissimo ritu, sua illa sollemnia posset sacra celebrare? Qua de re plura proferemus mox, ybi quaedam alia fuerimus interim persecuti, quae necessario quoque narranda sunt.

Atque vel sic agere possumus de gaudiis. Verumtamen dolere simul oportet, quod subinde per vices euenuit quoque asperitas duriorum commemoranda erit. Ne coniugii quidem exoptatissimi faustitas iucunditasque sua caruit acerbitate.

Contraxit illud a. XXXIX. a. d. XXI. Mai. cum Virgine nobilissima omni virtutum genere decoratissima, ANNA HENRIETTA, gentis WOLDIAE, viri in mercatorio quondam ordine senatorioque spectatissimi, HERMANNI WOLDTII, filiarum natu maxima, cui nuper, cum Marito, hilariter illa, quae indicabamus ante, sacra celebranti, similia destinabamus animo coniugalia, nunc eheu Viduae in luctu vehementissimo quaevis alia cogimur apprecari. Et genuit hinc educauitque primum Filios tres, e quibus tamen funera duorum vidi ante tempus, pro dolor, et acerbe luxit, deinde duas Filias.

Filiorum primus HERMANNVS DANIEL, a. XL. a. d. III. Iulii natus, mercaturam feliciter, vt tiro, feliciter etiam, vt herus, exercuit, sed nimis breui tempore. Mortuus est enim a. d. XI. Aprilis a. LXXVII. caelebs.

Alter, vir nobilissimus et consultissimus, ADDE BERNHARDVS BVRGHARDI. I. V. L. a. XLII. a. d. XIV. Iunii natus. ob litteras in Gymnasio et duabus academiis quam optime cultas, egregium honoris gradum, ob animi morumque integritatem atque virtutem, vt in patria, sic alibi, praecipuum laudem, rebus agendis meritorum famam consecutus est, duobusque in matrimonii, quorum primum initurus ab ipso Parente pio ritu consecrabatur, bis Eundem ficerum, semel auum fecit. Iunctus enim a. LXXXV. a. d. XXVI. Mai. Virgini nobilissimae laudissimaeque MARIAE CHRISTINAE FLOETHIAE, Viro quondam ciuci ordinis industria et arte florentissimo natae, filiolum ex hac, *Adde Bernhardum*, a. LXXXVI. a. d. XXII. Febr. suscepit, at eandem eheu quinto post die amisi. Hinc alterum ingressus coniugium est ipso hoc a. LXXXVII. a. d. XXVI. Iun. cum Virgine nobilissima et virtutibus quibuslibet per insignibus ornatissima, CATHARINA MAGDALENA MENTZIA, quarta Filiarum a prudentissimo quondam et amplissimo Senatore, NICOLAO BARWARD MENTZE. relictarum, quod vinculum longe dulcissimum vt multo diutius duret et ad seram perpetuetur vsque senectutem, prout optare bonum quemque decet, optamus.

Tertius denique Filius, JOHANNES HENRICVS, genitus ille a. XLIII. a. d. XVII. Aug. ab academia Helmstadiensi, quo, rebus in Gymnasio patrio peregredie gestis, operam studio datus Theologico cum fratre

concesserat, vehementissimum ob morbum redux factus, nimis proh dolor iuuenis, idemque adolescens optimae spei, suorum inter splexus, humanis rebus omnibus excessit, a. LXV. a. d. XIV. Ian.

Filiarum duarum prior ANNA HENRIETTA BVRGHARDI edita in lucem a. XLIV. a. d. VII. Octobr. ad matrimonium ingrediendum similiter a Parente ipso, sicut in Filio factum esse diximus, consecrata est. Nupsit autem a. LXXVII. a. d. II. Dec. Viro atque Ciui pietate cum primis omnique morum atque virtutum laude florenti, JOHANNI FRIDERICO LUDOVICO FRISTERO, qui bono cum successu apud nos vendit serica, exinde que duos huic Marito filios, Patri optimo nepotes, dedit, alterum Bernhardum Henricum, a. LXXXVIII. a. d. XXII. Dec. alterum, Iohannem Fridericum Ludouicum, a. LXXX. a. d. XVI. Nov.

Posterior Filiarum, eademque Liberorum ultima, quae nata est a. XLIX. a. d. XII. Iun. Parenti semper utriusque gaudium insigne praefstitit, nunc praefstat in orbitate tristissima, utinam praefest aliquando etiam in percipiendis quibuslibet, luctum compensantibus, laetitiae generibus, Matri carissimae societatem.

Omnis autem stirpis huius, quatenus adhuc est superstes diuque sit, precor, cuius erat vir meritissimus caput, huius igitur et amantissimae Matris proprium erat maxime ac peculiare gaudium, quod commune antea dixi, ex hilari recordatione natum dimidii saeculi a carissimo capite in sacro munere exacti. Hancque ille rem ipse ante diem secundum Iulii, quem diem sacrum itineris Mariani ad Elisabetam pia memoria fecit, quo eodem ille die sua munia fuerat, ante hos annos quinquaginta, auspicatus, in publica concione celebrabat. Celebrabant vero simul et vna non modo Sacer Ordo, qui tanto Seniore paene superbire videbatur, sed Summi quoque Proceres Reipublicae, et Optimi quique Ciues, iisque praesertim, ad quos templi exaedificandi cura pertinet, et homines innumeri, qui partim interesse tum publico cultui, partim aliis testari modis et pietatem suam et gaudium, longe iustissimum iudicabant longeque iucundissimum esse. Namque offerebantur votiva munera, distribuebantur scripti libri atque carmina, denique Curia, Templum, Schola, totaque Ciuitas imo tacta esse laetitiae sensu videbatur.

Verum irrita, eheu, irrita, fuerunt nimis multa, quae tunc temporis ominabamur! Et iam ante quartum hunc fere et vicefimum et quod excurrit annum quaerad quasi praeludia siebant eius, quo affligimur nunc, doloris, quem simile aliquid acciderat huius mali, quod proxime tandem extrellum antecessit carissimi capitatis excessum. Sed huic tamen, illo tempore tam fermidoloso, malo medelam attulerat saluberrimum ad Pyrmontanas acidulas iter, quod comite reipublicae Senatore meritissimo, GOTTHARDO CARSTENS, viro prudentissimo et amplissimo, a. LXIII. a. d. XI. Iulii; instituere coepit, et eodem anno, salutatis vltro citroque vribus notatu dignioribus et oppidis, Helmstadii vero duobus quoque, qui tum ibi strenue ad sua incumbebant studia, filiis, a. d. XX. Aug. feliciter absoluit.

Neque idcirco irrita tunc, quae concipiebatur ex ilia rerum prosperitate, spes fuit, quia, qui debilis erat profectus et redierat sanus, qua fuerat ante propemodum continue fruitus valetudine prospera, perpetuo post profectionem quoque vti visus est. Irrita fuerunt, eheu, irrita, quae vota fecimus, ante hoc spatium fere trimestre, quum nobis, vt ita loquar, ex gaudiis vota nasci, ex votis gaudia viderentur. Irrita eheu fuit illa quoque spes, quae apud nos, quum ante hos paucos dies de ferali morbo primum aliquid nunciabatur, ex ipsa rerum similitudine originem duxerat. Quotquot enim nostrum de faustissimo infortunii pristini euentu cogitabant, sibi, vt sit, aliquid simile nunc euenire non minus posse, singebant, adeoque vel exspectare, quia nil magis fere, quam sperare, solet in promptu esse cupientibus, audebant. Haec igitur vana, inania, irrita fuerunt!

Quid mirum, adhibitum in supremo discriminé Medicum his non potuisse de rebus, nisi dolenter et afflicta-  
mente, scribere? Nam nemo haec, arbitror, animo poterit legere tranquillo, quae huc inseranda misit ad me Vir  
nobilissimus experientissimusque CHRISTIANVS FRIDERICVS TRENDENBYRG, Medicæ scientiae Doctor.  
Effectusque celeberrimus, meque ita, quam arte tum benevolentia, rebus tristissimis narrandis leuauit.

*Egregia, firma, inconcussaque ut plurimum, immo ab annis inde plus quam viginti fere semper, usus est valerudine Vir maxime reverendus, reverendi ministerii nostri Senior dignissimus, gravissimus, Pastor ad aedem divi Petri meritisimus, ADDE BERNHARDUS BURGHARDI, insultus si excipias quosdam catarrhales leves, tussis scilicet coryzaeque ex refrigeratione species, vertigine quadam saepiuscule coniunctas, quibus quandoque erat obnoxius. Hisce iisdem, tussicula nempe, coryza aliqua, cum vertiginosa quadam molestia, paucis ante obitum diebus correptus est. Vir beatus, una cum tensionibus hinc inde spasticis circa auchenem praecipue, versusque occiput, quibus iungebatur nunc intermixta quandoque mentis quaedam vacillatio atque inconstantia, de qua quidem praecipue iam conquetus est, quaeque sandem ita urgebat, ut suadentibus amicis aguatissime, eorundem consilio adsemitius, dubiis ipsis, incertisque symptomatis apertis remedii obviam ire decerneret; quod tamen ipsum negotium, quamquam urgentissimum, ad diem posterum differre maller. Isto vero vix illucescere, die scilicet 23. Octobris, tota res in peius multo erat mutata: namque hemiplecticus inveniebatur, omni fere lateris sinistri motu tantum non penitus privatus, oculis fere semper clausis, ore ad latus dextrum retracto, lingua balbutiente, loquela vix intelligibili obscuraque, sensibusque omnino valde obstupefactis; neque optimis, quae ars largitur, remedii quam diligentissime adhibitis, ad emendationem et correctionem status buiusque tristissimi aliquid praestare licuit, sed passu aequali ad summum usque fastigium morbus ita est progressus, ut in sequente die, nempe 24. Octobris, mane iam hemiplegia in veram totalemque transierit apoplexiam. Num penitus pertinaciterque clausis oculis, tumidisque palpebris, profundissimo sepultus sopore omni plane sensu mortuque paenit privatus est aeger, superstite adhucdum pulsu tardo, pleno, gravi, duroque; atque respiratione lenta, profunda, sive alta quandoque et suspiriosa, cum rboncho et stertore, tristibus ipsis mortis, fere semper certo max subsecuturæ, prodromis. Et vere subsecuta est ea postero die illo calamitoso, funesto luctuosoque 25. Octobris. Qvo quidem ingrediente et pulsus et respiratio multo videbantur quidem placatiores tranquillioresque, sed ita subito deficientes sensim sensimque, us omniu raudem ac penitus evanescerent, circa horam circiter decimam antemeridianam diei eiusdem. Succubuit ita morbo Vir senex vere venerandus, qui per semiseculum, per quinqaginta annos et ultra validus, firmus, sanus, integerque, semperque fere et animo et corpore vigens vigilantissime cum mira alacritate summaque fide munere officioque gravissimo, quod ei mandatum erat, perfunctus est, cuius iacturam obitumque iam dolent mecum tot amici, agnati, collegae totumque nostrum sacrarum rerum reverendum ministerium.*

Haec ille, ut omnia sine dubio, sic etiam vere in fine, scripsit de percepto ab amicis, agnatis atque collegis totoque ordine sacerdotum dolore, qui omnem quoque peruersitatem eiuitatem. De Viduae autem luctu et moerore Filii partim Filiarumque, partim Generi ac Nurus, partim Fratris uisci Sororisque, tacere praestat omnino, quam inepte loqui. Sed haec tamen addere nobis licebit, LUGENTIBVS nullum firmius accidere posse solatum, quam de fide, virtute, meritis, communis apud omnes existimatione, quam saepe viderunt, quin admiratione, forte tandem in aeternum beatissima EIVS, quem erexit sibi, tam subito, dolent, cogitationem. Quare ut cogitent ista in posterum saepius vimque perpetuo experiantur talium cogitatorum et, quae nunc videntur esse tam luctuosa, in omnia contraria, breui videant esse conuersa, qua fas est, animi sinceritate opto.

Neque vero non debo rogare VOS et obsecrare, MAGNIFICI ET ILLVSTR. REIPUBLICAE CONSULES, summe ven. et illustr. reu. Canonic. ord. PRAEPOSITE, generosiss. Eorund. DECANE, summe ren. et excellentiss. Sacrор. PRAESVL, nobiliss. consultiss. et experientiss. Reipubl. SYNDICI et iurium artis medicaeque DOCTORES, adm. reu. atque praeclariss. orbi nunc Vestro SENIORE, PASTORES atque SYMMYSTAE, nobil. generos. prudentiss. et ampliss. Reip. SENATORS, PROTONOTARIE ac SECRETARI, denique ad quoscunque potest pertingere haec invitatio. ut hodie ossa sepelienda pompaque funebrem, exsequias eundo, decorare velitis atque honestare.

*P. P. Ipso exsequiarum die V. Nouembris A. d<sup>o</sup> 1000XXXVII.*





tenus hominum corrigunt mores, IAC. CARPOVIO, et IOH. PET. REVSCPIO, interpretandi Sacri Codicis regulas et exercitia, IOH. GEO. ZVR LENDEN, historiam rerum sanctiorum GOTTLIEB STOLLIO, cuius am, quoad nondum WEDELII hospitis mensae admoueri poterat, conuictor fuit.

Sex vero mensium ultra triennium spatio, lenae his rebus impenso, pede felici se Lipsiam contulit a. XXXIII. e primo, ibidemque his, quae adhuc quasi aedificia instruxerat, industria simili, multa addidit ornamenta, multaque opera superstruxit. Namque adhibuit ad magis proficiendum in Historia Vniuersali GE. CHR. GEBÄVERVM, Theologia, quae positiva dicitur, secundum BAIERI compendium, sua poscentem specimina et acuentem se putando, SAL. DEVLINGIVM, in concionandi vel arte, vel facultate, quum praecepta dantem, tum offerentem que se exercendi commoditatem, CAR. GOTTLÖB HOFMANNVM, in accuratiō denique intelligentia Symbolorum coetus Lutherani librorum HENR. KLAWSINGIVM,

Anni autem in sequentis XXXIV. eadem fere tempestate, qua in superiori aduenerat, Lipsiensium quoque valeat academiae, ut reuerteret domum, circaque Pentecostale sacrum rediit Lubecam. Hicque iam, quo poterat, mo tempore CARPOVIO Sacrorum Praesuli, specimina edendo, quae tanto Viro placerent, sua studia probare contendit egregie probauit, et statim in Ordinem receptus est sanctioris ministerii Candidatorum, eaque re simul facultatem, a praeditus in concionem, quoties posceretur, publicam adscenderet, adeptus. Et concionatus hinc est sane querenter et ad excitandam pietatem apte, ita denique, vt, quoniam in hac pariter atque omni alia re, cunctorum ciperetur applausu, quin haud diu exspectaturus hinc esset sacrum aliquod munus, nemo dubitaret.

Istaque rerum praefigitione dignus quoque fuit euentus. Nam ad aedem Petrinam a. XXXVII. a. d. XX. Iunii tequam anno vix inchoato viuis erexit ouium sacrarum Pastor IOH. RITTERVS esset, Symmysta communis fragio electus est. Nec vero tunc modo ipsi, ut elegantium ornaretur omnium suffragiis, contigit, sed etiam itea, quotiescunque publice, ut aliquod efficeret munus, euocabatur, eadem prosperitate fortium est usus. Ita fuit videlicet Archidiaconi dignitatem est a. XLI., vacuefactam praeitura IOACH. IOH. SCHNOBELTI morte, orsus tueri a. LVI. a. d. XIII. Mai., post obitum CHRISTOPH. ANTON. ERASMI, Pastorale munus, ita Sacri minor Ordinis a. LXVII. a. d. XXVI. Febr., post GEO. HERM. RICHERTZII excessum, constitutus, ita denique nia, quae publice data peculiari occasione perfecit, efficere iussus. Nec mirum; quia semper eius industria, ceteritas, fides, facultas, peragendi praeclara quaeque, perspecta est.

Ac plura multo essent, quam caperet charta, mihi scribenda, si vel ea, quae tantummodo ad explendum nioris munus effecit, omnia persequi vellem, recensereque, quibus interfuerit exempli gratia Pastorum aliorumque erdotum, aliquorum etiam tum ab ipso sacris muniberis initiatorum, electionibus, item sacrarum in Coenobio anno Virginum, ut Maximarum duarum, trium ordine Secundarum, caeterarum numero plurium, ad suam quarum dignitatem evectionibus, quae itinera fecerit, quae gesserit alia negotia, vel alius generis, vel eiusdem. Potiora

fero, erit fatis.  
Iunctus est sacrorum Praefulis vice, quando bis eramus magno viro, primum CARPOVIO, C.R.A. priuati. Horum ab uno, pie defuncto, abrupta tunc negotia sex mensibus ultra quadriennium gesit, sū erat magni Regis auocatus, per quinquennium, et quod excurrit; cumularique vidi admodum a facienda, tum alios, partim etiam prius actos, partim agendos, vel hoc primum tempore, vel gis arduos, et exantlandos difficilius, labores. Namque Pastores diuiniorum gregum quinque, quatuor se initiatos, in sacra munia immisit, horumque quatuor alios, octo igitur omnino, pro more sollempniter quibus erat integrum, collegis explorauit de fidei atque doctrinae sinceritate, sanctioris vero fere viginti, ut similiter exploraret, in vnius modo conspectum adduxit, ut fieri solet, alte- Semel quoque speciminibus aestimandis, quae publice schola, quum ex amplissimi SENATVS auctoritate at, vice Praefulis interfuit. Semel denique, ut publicarum celebraretur supplicationum dies, et mque et caeterarum rerum formulas, praescribi solitas ordinario more a Praefule, praescripsit. ministerii seruandis continuandisque. Haec igitur atque talia, quae et qualia non facile peraguntur, eo modo suscepit, gesit, absoluit, minime neglecta interim veteri rerum functione, ut inde n, quaeque laus, puto, redundauit, obliuioni dari vñquam vix, ac ne vix quidem, possit. Tam habuimus, tamque praecellentem eruditio, virtute meritisque, Seniorem! Immeritone iudic illud commune gaudium esse debere, quod ille transactis in ordine sacro lustris decem integris iucundissimo ritu, sua illa sollemnia posset sacra celebrare? Qua de re plura proferemus mox, ybi rimus interim persecuti, quae necessario quoque narranda sunt.  
sic agere possumus de gaudiis. Verumtamen dolere simul oportet, quod subinde per vices eu- eritas duriorum commemoranda erit. Ne coniugii quidem exoptatissimi faustitas iucunditasque sua

llud a. XXXIX. a. d. XXI. Mai. cum Virgine nobilissima omni virtutum genere decoratissima, TTA, gentis WOLDIAE, viri in mercatorio quondam ordine senatorioque spectatissimi, HER- RII, filiarum natu maxima, cui nuper, cum Marito, hilariter illa, quae indicabamus ante, sacra a destinabamus animo coniugalia, nunc eheu Viduae in luctu vehementissimo quaevis alia cogimur enuit hinc educavitque primum Filios tres, e quibus tamen funera duorum vidi ante tempus, pro luxit, deinde duas Filias.

rimus HERMANNVS DANIEL, a. XL. a. d. III. Iulii natus, mercaturam feliciter, ut tiro, t herus, exercuit, sed nimis breui tempore. Mortuus est enim a. d. XI. Aprilis a. LXXVII. caelebs, nobilissimus et consultissimus, ADDE BERNHARDVS BVRGHARDI. I. V. L. a. XLII. a. d. XIV. iteras in Gymnasio et duabus academiis quam optime cultas, egregium honoris gradum, ob animi ritatem atque virtutem, ut in patria, sic alibi, praecipuam laudem, rebus agendis meritorum s est, duobusque in matrimonio, quorum primum initurus ab ipso Parente pio ritu consecrabatur, rum, semel auum fecit. Iunctus enim a. LXXXV. a. d. XXVI. Mai. Virgini nobilissimae laudatis AE CHRISTINAE FLOETHIAE, Viro quondam ciuci ordinis industria et arte florentissimo natae, Adde Bernhardum, a. LXXXVI. a. d. XXII. Febr. suscepit, at eandem eheu quinto post die iterum ingressus coniugium est ipso hoc a. LXXXVII. a. d. XXVI. Iun. cum Virgine nobilissima et sibet per insignibus ornatissima, CATHARINA MAGDALENA MENTZIA, quarta Filiarum a quondam et amplissimo Senatore, NICOLAO BARWARD MENTZE. relictarum, quod vinculum m ut multo diutius duret et ad feram perpetuetur usque senectutem, prout optare bonum quemus.

unique Filius, JOHANNES HENRICVS, genitus ille a. XLIII. a. d. XVII. Aug. ab academia quo, rebus in Gymnasio patrio peregregie gestis, operam studio datus Theologico cum fratre

